

Msc. Dresd.  
A 189<sup>c</sup>.



# Sächsische Landesbibliothek Dresden

Handschrift

~~Druck~~

01 189<sup>u</sup>

## Benutzungsbedingungen:

- Von Veröffentlichungen mit Forschungsergebnissen, die auf dem Studium der vorliegenden Quelle beruhen, ist durch den betr. Autor ein Freixemplar (Belegexemplar) unverzüglich der Bibliothek zuzuleiten.
- Jede Anfertigung von Kopien der Quelle, auch handschriftlicher Art, setzt die Unterzeichnung einer Verpflichtung voraus.
- Publikationen der Quelle selbst erfordern die Genehmigung der Bibliotheksleitung. Diesbezügliche Anträge sind zum frühestmöglichen Termin schriftlich einzureichen.

## Benutzer der Handschrift/~~des Druckes~~:

Datum	Name und Adresse des Benutzers	Art der Benutzung (eingesehen, verglichen, teilweise oder ganz ab- geschrieben usw.)	Zweck der Benutzung; Hinweise oder neue Ermittlungen zur vorliegenden Quelle
<b>Urfilm</b>	20 H/195, Nr. 85.		



Handwritten header or title at the top of the page, possibly including a date or recipient information.

First main paragraph of handwritten text, starting with a large initial letter.

Second main paragraph of handwritten text, continuing the narrative or letter content.

Third main paragraph of handwritten text, possibly concluding the letter or section.







De Iosepho, Christi Parente  
Naturali.

Meditatio Dni. Herm: van der Hardt.

Fabulas multas de Christo, Messia nostro circumferri non solum credo, sed et ex pluribus rerum documentis compertum habeo. Familiam ducit constans illa de Christo immutata traditio. Sed religionis nostrae capitula uti falsis haud indigent, falsisque miraculis magis magisque destruantur: ita, ut reor, Salvatoris nostri gloria decedat nihil, etiamsi veram nativitatis suae historiam, tot seculis occultam et incognitam, in lucem tandem protrahamus. Res sic se habet:

Maria cum Iosepho erat desponsata. Nuncius Gabriel sponsa indicat, fore ut conciperet pareretque filium Iesum. Maria, hunc quidem virum nondum passa, miratur sermonem Angeli; et Iosepho suo narrat omnia. Bonus sponsus aut concubitus alienum presumere, aut phantasmata et deliria foeminae sibi apud gentem suam maxime nocitura. Mariam ergo derelinquere animus est. Sed ab Angelo monetur, ne pessima quaeque de casta sive sponsa presumeret, metueret se sibi adjungere Mariam, cum illaq; concumbere. Spiritum quippe divinum semen purificaturum, et partum inde formaturum, qui universum terrarum orbem a peccatis tandem liberaret. Quid ad haec Iosephus? excitatur a somno, fecit ut injunxerat sibi Angelus Domini,



et ad iunxit sibi atque cognovit Mariam suam, non ex pruritu  
solio, sed ex praeceptis coelestis auctu. Quo facto postea Mariam,  
suam uxorem, pro more Judaico in domum solenniter duxit, nec ta-  
men amplius illam cognovit, ne uterum a spiritu Divino semel  
sanctificatum femine mere humano pollueret.

Narratio isthac e Mattheo et Luca Evangelistis est desumpta, nec  
quicquam adjectum aut adhibitum, quod ex scripturis ipsis probari non  
possit. Sed tamen ne ullus remaneat scrupulus, ut atque pectus timi-  
dum, nos rationem historiae nostrae et firmabimus argumentis, et ab  
oppositionibus quibuscumque vindicabimus.

Speciosa obiectio est, quod Mattheus doceat, Mariam jam dum  
fuisse gravidam, cum Joseph ab ea divertere voluerit; sed speciosa  
est, non firma. Nam (s.) Evangelista, non raro errant in ~~enarrandis~~  
enarrandis historiis, non mala sed bona fide. Erant quippe homines  
simplices, et pleraque sua ex fama, sermoneque aliorum lauriebant.  
Inde quoque factum est, quod tanto pere Evangelistas inter se disore-  
pare, et tot disensiones in ipsorum Actis deprehendamus. Quod  
sane fieri non poterat, si in recensione sua essent infallibiles.  
Mutta dantur in Jobis xij. produptus in divinis eloquiis,  
nec ordinem semper observant Sacri scriptores. Sic Gen. XIV. 69  
Rebecca agnovit jam tum Isaacum, et postea ex sinistro quaeritur,  
quis ille sit, qui obviam iret. Lucas in recensenda tentatione Christi na-



a. Satana, quoddam priori loco ponit, quod a Mattheo extremo  
facta fuisse indicatur. Marcus Christum hora tertia crucifixum  
scribit, cum reliqui horam sextam nominent. In passionis historia  
bringat nimen offer dat finteru, maeb in undam nomen fiteru.

Nec obstat p. 18. Matthei. Cum Mater eius desponsata esset Iosepho  
priusquam congressi fuissent, deprehensa est gravida a Spiritu  
Sancto. Concludunt hic vii auctores (a) gravidam jam ante  
tum fuisse ante congressum, id est, concubitum, cum Iosepho. (b)

gravidam fuisse a Spiritu Sancto; Ergo non a Iosepho. Responde-  
tur: Vox congressi, hoc loco non significat coire, sed matrimonium  
per deductionem in domum consummare. Sin unquam uol, mifd zn,

summan, ajuat Germani, bvre d'ap' habet textus, non perab'cipi,  
quod ea propter Lutherus bene vertit, n'p an sit fain solto. (g.)  
a potiori hic fit denominationis, et unius positio non est alterius  
exclusio, praesertim cum in Bibliis non sit infrequens Deo soli quod

adscribere; cui multa tamen causa intermedia interfuerunt.  
Nec est, quod causantur, non legi Iosepho a Nurtio coitum fuisse  
injunctum, multo minus ipsum cum Maria concubitum consum-

masse. Nam neque id legitur de Zacharia: num ergo Johannes sine  
virili opera conceptus est? nec etiam insecimus; Christum in his ter-  
ris miracisse aut risse; Ergone ambulavit miraculose absque uri-  
thina missione? Ergone non risit? non puto.



Evangelista brevitati studeat quam maxime, multasque  
circumstantias interdum etiam necessarias omittunt, quae a le-  
ctore suppleri debent. Sed in historia nativitate Christi hoc  
ita esse supplendum infra <sup>allegata</sup> demonstrabunt. Castitas  
scriptoris hanc circumstantiam per se jam concipiendam omisit;  
nam ea quae naturaliter insunt, praesumuntur.

Dicit respondere Angelum Mariae objicienti, se nullum virum  
admisisse, Luc. 1. Geist nicht über dich kommen, non vero quod  
cum sponso habere debeat rem. Sed repete. 1) quod ad obje-  
ctionem tertiam respondi. 2) statim sequitur: und ist Elisa-  
beth nicht schwanger, denn sie hat Gott nicht für dich unniiglich.  
Comparatur hic cum Elisabetha Maria Virgo, et monetur ut  
videat, quomodo Elisabetha gravida facta fuerit. Ut ergo in-  
de non sequitur Elisabetham absque virili opera concepisse,  
sic nec de Maria id dici potest. Evolvatur diligenter narra-  
tio Lucae, quid Angelus cum Zacharia locutus fuerit, et mul-  
tum lucis accedet historia nostra. Lippis et tonsoribus in-  
notescit, a silentio historici ad rei negationem non esse con-  
cludendum. 3) Utique Gabriel primariam hujus generatio-  
nis causam commemorare hic necesse habuit, quia nascendus  
erat filius Dei, non nudus homo. Sed Joseph filium Dei



generare non poterat. Ad Spiritum ergo divinum hic potissimum  
 dirigendus erat sermo: presertim cum regulariter in actu illo vene-  
 reo non datur presentia Spiritus Sancti, etiam si Propeta officio  
 generationis defungatur, uti habetur ex Hieronymo cap. 4.  
 caus. 32. qu. 2. Maxima dubitandi ratio non erat apud Mariam,  
 unde filium sibi quæreretur, quia jam erat desponsata, sed unde  
 filium generare queat, qui filius Dei appellari, et tot tan-  
 taque miracula in orbe edere posset. Ergo ad illam cum pri-  
 mis Angelus respondere cogebatur.

Unicum restat dubium: *וְיִשְׁרָאֵל יִשְׁרָאֵל*  
 gal. 11. 4. *וְיִשְׁרָאֵל יִשְׁרָאֵל*, da die Zeit erfüllet war,  
 sancto Gott Simon Joha gabesem von ihm Weibe, ex puer-  
 nis non ex nactis. (2) *וְיִשְׁרָאֵל יִשְׁרָאֵל* Gal. 7. 14. denotat Juven-  
 culam, nulla status ratione habita sicut *וְיִשְׁרָאֵל יִשְׁרָאֵל*. (3) Dicimus  
*וְיִשְׁרָאֵל יִשְׁרָאֵל* qua nondum accepta est marito.  
 Iudei probant ex proverb. xxx, *וְיִשְׁרָאֵל יִשְׁרָאֵל* denotare virginem  
 corruptam (4) Locus ille plane ad Christum non spectat,  
 sed ad mulierem, que tempore Isaie vixit, forte Gaia  
 concubinam. vid. Iesa. c. VIII.

Sequuntur argumenta probantia, Iosephum  
 fuisse Christi patrem naturalem.



1) Si Iosephus non est Christi pater naturalis, sequitur quod Christus non sit verus Messias.

Quia Christus ex Semine Davidis erat oriundus, unde vero constat Christum fuisse ex semine Abrahae et Davidis, si a Iosepho non est procreatus. Solvat mihi quis hunc nodum Gordium. forte phrasia ista: *Quis dicitur Examinu sollem alle Voliter vult Iordanu proferunt vobis, omnino pro indicat Messiam ex Semine cuiusdam, quicumque ille etiam fuerit, provenisse.* Sed quomodo unde id probabatur boni Theologi? Genealogia Mariae profuso nos latet: et si non lateret, nunquam dici posset hoc pacto ex Semine Davidis ortum duxisse Messiam, quia Iudei phrasin hanc: *ex semine viri; semper de mascula stirpe, nunquam de foemina, intelligunt.* Quod antiquitatum gnaris dubium esse non potest. Videant ergo Theologi numne totum fundamentum Christianae Religionis hac sua de Christi ortu hypothesis evertant, Iudaeisque viam monstrant, Jesum fuisse verum Messiam multa cum ratione inficiandi.

2) Si Ioseph non est pater Christi naturalis, quomodo cur Genealogia Christi ex Genealogia Iosephi deducitur, cur tam anxie Lucas et Matthaeus Iosephi parentes



recensent? Si enim Christi Patres non fuisset, Maria Genealogiam texere debuissent. Num quis sanus demonstrat me esse ex familia Ducum Brunsvicensium, si Patricius meus Dux fuerit Brunsvicensis, cum mater mea nunquam cum viro cohabitavit? Absint auge. Et licet apud Iudaeos insolens fuerit Genealogias texere mulierum, tamen hic ratio suberat, quia liberi patres habebant, sed hic Christus Patrem, ut opinantur, non habuit. Ergo nec poterat Genealogia a Patre sed a Maria deduci.

3) Quia Joseph ab Evangelistis aperte Christi Patres dicitur: *Saint Vater und Mutter unsermündterer Sohn*. Quod hoc denotet Patrem putativum inquam *St. Vater*, de eo ne rex extat. Ergo debet ab adversariis probari.

4) Quia Christus quoad humanae fuit verus et naturalis homo. Si fuit verus homo, naturali quoque modo debuit concipi. In omnium ore est, Christum in cunctis nobis esse similem factum praeter peccatum. Ergo etiam in conceptione nobis similis factus est. *Man sieht ob uns dardend, dass wir nicht natürlich Weise concipiret und geboren sind, weil die Zeit der Empfängnis nicht mit der von Adam von ratione durationis befaßt zu werden ist, peritret*



huc, Unde hunc die Zeit des Byr zu bürren solte. Si  
Spiritus Sarentem hic egit, perfectum statim partum for-  
mare potuisset.

5) Quia Deus non solet miracula edere ubi per natura-  
les causas agere potest. Sed dic cur tantum miraculum hic  
fuerit necessarium, cum homo verus naturalis, non phan-  
tasticus, qui edere, bibere poterat, esset formandus? an  
Ioseph talem hominem forte formare non potuit? Sento  
quid te angat prematque. Opinarius Christum hoc pacto  
non manifeste immunem a peccato originis: et si esset, num  
Spiritus Semea Iosephi sanctificare ac purum reddere  
nequeat.

6) Quia Christus imbecillitates suas habebat, labora-  
bat affectibus, liquido argumento, corpus ipsius a Spiri-  
tu Divino non fuisse fabricatum. Vide principium passi-  
onis Christi.

7) Non legimus unquam Prophetas de Messia sine  
Sarente in mundum prodituro quicquam esse vaticina-  
tos: Sed an notabilem hanc circumstantiam hoc pacto  
negligere potuerint, viderint alii. In historia Christi  
nullum apparet vestigium de hac opinione insipida,



nunquam vel Pharisei vel Sadducei adversus illam disputa-  
 tarunt, et locuti sunt, ne quidem in ore vulgi talem sermo-  
 nem fuisse deprehendimus. Christus ipse de hac re nullibi  
 quicquam commemoravit; Apostoli taceant de miraculoso  
 hoc nativitatis genere; donec post tempus ex falso et  
 superstitioso interpretandi modo Patres Ecclesie commu-  
 nem de origine Christi sententiam cum sexcentis alius  
 nominis effinxerunt, populoque incauto ceu tantum arti-  
 culum fidei obtulerunt.

Solvenda restant duo.

1) Indignum est dicere Christum ex injusto

Maria sicut dicitur thoro natum: tu Christum dicis spurium.

*Quis thorus? Quis sponsus?  
 ubi sic gloriatur? Quis sponsus?  
 in die thorus thorus.*

Quid obstabat, quo minus Josephi concubitus,

si quis fuit, in diem nuptiarum differetur?

2) Luc. III. 23. Cum mundi esset factus fuit in utero  
 Josephi

Resp. ad 1) Ignoras mores Judaeorum, amice, Inter  
 sponsalia et nuptias nulla fere intercede-  
 bat differentia praeter solennitatem uni-  
 cam, Seductionem in domum, nimirum.  
 Nec crimen erat sponsam cognovisse. Hinc



Sponsa aliena compressio jam adulterium vo-  
cabatur. vid. Buxtorf. Telden. Lichtfoet, et  
multa antiqua tit: Sponsa.

Resp. ad promissum, ut textus habet, non semper falsam  
opinionem significat. Matth. V. 17. et X. 34. pec-  
cabant in eo dñs. fr. isu bloß vor ihm dumm  
Zimmernum. Dasu soltu, und die göttlichen Figuren  
schaffen noch nicht in ihm verbunden. Nam si abso-  
lute id falsum fuisset, cur Lucas hac occasione  
Genealogiam Josephi totam recesset!




1  
2


*[Faint, illegible handwriting]*

*[Faint, illegible handwriting]*
















1790

des

von

und

von

von

von

von

von

von

von

von

von

von

von

von

von

Msc. Dresd.  
A 189 c.



